

no. 25.

no. 25.

fol. 109.

paterna linea similiter nepotem, alibi congregati in regem
 similiter assumpserant. Quorum alter, dictus scilicet dudo:
 ritus, per Baldwinum archiepiscopum Treverensem in sede re-
 gia Aquigrani fuit solemniter coronatus. Alter vero, scilicet
 Fredericus, apud Pannam ab Hendric Bolmiersi archiepiscopo
 coronam et unctionem regiam accepit. Ex hac igitur discordi-
 principum electione multa incommoda regio et strages plu-
 rime per concertationem longam inter dictos duos caelestos
 habitam surrexerunt. Porro antequam dicta procederet electio,
 prefatus Ludovicus rex Bavarie annos adulescentie sue proens
 pro quibusdam iuibus ducalibus cum prefato Frederico ^{al} duce
 Austrie bellis contendens quodam tempore conflictu fortium
 gentibus ipsius ducis Austrie ^{et} confecto gloriosam consecutus est
 victoriam. Ubi idem Ludovicus ex acie dicti ducis Austrie preter
 plurimos interfectos circa 800 ⁶ miliaris conditionis viros capti-
 vit. Tandem post electionem predictam utriusque ad regnum
 factam per septem circiter continuos annos, nam per se ipsos,
 nam per suos duces et capitaneos multa sepius bella ad invicem
 instruerent, inter quae unum precipuum et notabiliter magnum
 in ducatu Loevie iuxta opidum, quod Eslinge dicitur, ubi ambo
 predicti principes cum multis copiis concurrentes castra sua
 singuli iuxta littora fluvii, qui Neker dicitur, e vicino alter
 adversus alteram posuit. Quadam die nique die circa horam
 vespertinam alicui de dictis exercitibus ad congruendum
 ibi preda ultra vadum fluminis, qui profundus non multum

1316 sept. 19.

a) Theoderico cod. b) VII^{to} cod. c) quē cod.

22] apud Gammelsdorf.